

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Magnanimitas f
cum fonte primo

Magnanimitas autem, si ultra modum suum extollat, faciet uirum minacem, inflatum, turbidum, inquietum; et in quascumque excellencias dictorum atque factorum neglecta honestate festinum qui momentis omnibus supercilia subrigens ut bestiarius eciam quietat, excitat; alium ferit, alium fugat.

Sed talis aut miserum appetit finem, aut erumpnosam sui memoriam derelinquit. Mensura ergo magnanimitatis est nec timidum esse hominem nec audacem.

Seneca ibidem (de quattuor uirtutibus).

Magnanimitas autem si se extra modum suum extollat, faciet uirum minacem, inflatum, turbidum, inquietum, et in quascumque excellentias dictorum atque factorum neglecta honestate festinum, qui momentis omnibus supercilia subrigens ut bestiarius, etiam quietat excitat: alium ferit, alium figit. Sed quamvis audax sit impugnator, tamen multa extra se ualentia ferre non poterit, sed aut miserum oppetit finem aut erumpnosam sui memoriam derelinquit. Mensura ergo magnanimitatis est nec timidum esse hominem nec audacem.

Martinus Bracarenis, *Formula vitae honestae*, 7 (C.W. Barlow ed., p.248, ll.1-9).